


Handwritten text in a Gothic script, likely a title or list of contents, oriented vertically on the right side of the book cover. The text is partially obscured by wear and discoloration.

4 29



Handwritten text on the left edge of the page, oriented vertically. The text is partially obscured and difficult to read, but appears to be a library or collection identifier.

Sicut ex libris ~~scribitur~~
Anno, 1602.

Mein Aug. 1602

347



CONFV=

TATIO ALIQVOT

ENORMIVM MEN

daciorum Ioannis Caluini, secua

turæ Apologiæ aduersus eius

furores præmissa à Ioachimo

Vuestphalo ministro Eca

clesiæ apud Ham

burgenses.

*

V R S E L L I S

Excudebat Nicolaus

Henricus.

Anno 1 5 5 9.

44



CONTINENT

TATIO ALIQUOT

ENORMIVM BENE

dictorum Joannis Calini, etc.

in Apologia aduersus eius

litteras pugnantes aduersus

Vitipalium ministrum

cleri apud Han-

burgiam

VERE

Excusatio

Hamburg

Anno 1778

ADMONITIO AD
LECTOREM.

PIE Lector prudenter caue, ne si-
nas tibi per callidos homines tra-
sponi scopum controuersia Sa-
cramentariae, & peregrinas dispu-
tationes admisceri, quae à causa ipsa
abducant. Mei libelli testantur, me
defendere & defendisse ueram praesentiam
ueri corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi, in sacro
sancta eius Coena.

Aduersarij autem quia uident, se
ueritatis praesidio superare non posse,
nos & causam calumnijs obrue-
re conantur. Spargunt de nobis su-
as fabulas, nos mouisse certamen de
adoratione & conuersione Panis.
Credo, doceo, & defendo uerum
Christi corpus & sanguinem uere
adesse, dispensari, & sumi in Eucha-

A 2 ristia

rística administrata secundum eius
institutionem : nunquam cogitavi,
multo minus certamen de hoc mo-
ui, quod panis conuertatur in Chri-
sti corpus, & quod panis sit adorandus.
Quòd Calvinus & alij quidam hæc falso nobis imputant, &
hanc consequentiam de suo addunt
nostræ doctrinæ, qua affirmamus
Christi corpus & sanguinem præ-
sentia distribui & sumi, cum uel in
pane & uino. Ea consequentia per-
inde ualet, ac si quis calumniaretur,
prophetas docuisse tabernaculum
uel templum esse adorandum, eò
quòd crediderint Deum olim in ta-
bernaculo uel in templo præsentem
fuisse, ibique eum adorauerint. Simi-
lis planè est consequentia in hac uis-
tiosa argumentatione, piij credunt
Christum adesse in Sacramento, &
præsentem uera fide secundum præ-
scriptum uerbi adorant. Ergo crea-
dunt

dunt & docent, panem esse adorandum. Reuerenter apud nos dispensatur Eucharistia : non propterea docemus panem conuerti in corpus Christi, neque panis adorationem statuimus. Argumentis aduersarij agant, non tam tetrīs calumnijs nos prægrauent. Nonnulli occulti Sacramentarij dicunt se damnare errorem Cinglij, & tamen errorem Caluini non damnant, cum quidem ille totus sit Cinglianus. Scribit enim Cinglium oppugnasse corporalem Christi præsentiam, & sibi decretum esse eandem oppugnare usque ad extremum spiritum. Consensionem scripsit cum Tigurinis, qui nunquam damnare se doctrinam sui Cinglij professi sunt. Docet spirituales manducationem, quam solam Cinglius quoque propugnauit, exclusa et oppugnata ueri Corporis Christi manducatione.

1118

A 3

Vti.

Vtitur omnino iisdem argumen-
tis, quibus Cinglius usus est, depra-
uatae pro se detorquet easdem scri-
pturas, quas Cinglius corripit et ad
suum dogma detorsit. Non est igitur
uerisimile, quenquam ex animo
uerè improbare Cinglianissimum, ni-
si ingenuè & simpliciter eius secta-
tores Calvinistas & propugnato-
res dogmatis disseminati à Cinglio,
& Carolstadio dānare & auersari se
profiteatur: suamque operā pro sua
uocatione & dono conferat, ad ora-
nandam & tuendam doctrinam de
coena Domini, quæ magno consen-
su, dū uiueret Lutherus, defensa et
custodita est. Deus det nobis spi-
ritum consilij & prudentiæ, ut cir-
cumspectè insidias Satanæ euite-
mus ac fugiamus, Amen.

Hamburgi, anno Christi Re-
demptoris nostri 1557.
mense octobri.

Satis

Satis humiliter & submissè ali-
quoties petiui ab aduersarijs me-
is, ut à mentiendo, conuiciando,
& maledicendo abstinerent, & cau-
sam ipsam rationibus & argumen-
tis agerent: admonui Christianæ
charitatis, mansuetudinis, & mode-
stiæ, quam Discipuli Christi etiam
inimicis suis, multoq; magis erga
eos, à quibus nunquam læsi sunt,
præstare debent. Quid impetra-
uerim æquissima petitiõne, quam bo-
nis ac iustis rationibus de contro-
uersia ipsa disceptare, quibus mo-
dis argumenta nostrorum infringe-
re aggressi sint, res ipsa ostendit in
libro Ioannis Caluini, sub fucato ad-
monitionis titulo edito contra san-
ctas confessiones Ecclesiarum Sa-
xonix: longe uincit seipsum mali-
tia & dissoluta petulantia mentien-
di & maledicendi.

Si quid adhuc cõtinuerat uirulen-

A 4 tia

tiæ in pectore, id totum in sacrosan-
ctam doctrinam de Cœna Domini,
in eius Ecclesias & in ministros fi-
deles effudit. Ex plurimis illius tur-
pissimis mendacijs, quibus singulas
ferè pagellas defœdavit, aliquot so-
lum nunc proferam insignia, crassa
& conspicua, quoad tantum tem-
poris concedent aliæ occupationes,
ut possim pleniore confutatione re-
pellere hominis falsas accusationes,
criminationes, maledicta, sophisma-
ta & calumnias.

Molesta quidem est, fateor, pijs
animis hæc concertatio, nec mihi sa-
ne iucunda. Sed quid faciam?
Quis paulò æquior iudex legēs uel
tres pagellas maledici libri Caluini,
non assentietur mihi, ineuitabilem
imponi necessitatem respōdendi ad
tam fœda mendacia & atroces cri-
minationes, quibus multò magis ue-
ritas ipsa læditur, & intolerabili con-
tume

tumelia afficitur, quam ego aut quis
quam in eadem causa mecum con-
iunctus. Persualisse sibi Caluinum
non obscura indicia præbet ipse, ^{scilicet} ~~se~~ ^{scilicet} ~~mihi ualde ægrè facere, dum me tra-~~
ducit, undiq; conquisitis mendacijs,
& congestis conuitijs, ideoq; magis
indulget libidini infectandi, carpen-
di, & conuiciandi: at qui longè se fal-
li non dubitaret, si quod uerissimum
est, sibi persuaderet, me plus unius
uiri pñ, quem pro despectissimo ha-
bet, testimonio subleuari et susten-
tari, quam uel minimum, non dico
cruciari, sed commoueri infinitis cõ-
tumelijs et iniurijs illatis ab homi-
ne ita excæcato, ut non uideat se istis
morbis et uitijs extreme laborare,
de quibus alios falso infamiat. ^{scilicet} ~~Quis-~~
quis igitur perpendet, me improbi-
tate aduersariorum extrudi ad hæc
certamina molesta, non solum excu-
satum me habebit, sed etiam bene-

b51

A S uolens

uolentia, uotisq; suis decertantem
pro ueritate prosequetur, causam
deniq; ipsam Deo defensori uindi-
candam aduersus maledicos conui-
ciatores precibus assiduis commen-
dabit.

1 Mendacium
Caluini.

Primum mendacium Caluini est,
quod scribit, confessiones ministro-
rum Ecclesiarum Saxoniae, uel blan-
ditijs uel importunitate à me extor-
tas esse. Sicut ubiq; sceleratè hoc ag-
git, ut uenerabiles superintēdentes,
pastores et Diaconos, annunciantes
sincere Euangeliū Christi in Eccle-
sijs Saxonis ^{beatus uerbo.} deformet, exosos &
contemptibiles faciat, ac cōfessionib;
bus ipsorum et testimonijs, adeoq;
doctrinae, quam profitentur adimat
pondus, authoritatem & fidem: ita
eodem spectat hoc mendaciū, ut ele-
uet, obscuret, abiiciat exhibitas con-
fessiones. Ideo fingit, eos non aliquo
iudicio, nō studio pietatis adductos,
sed

sed uel blandiendo , uel importunè
urgendo impulsos, se in eiusdem do-
ctrinæ confessione mecum coniunxis-
se. Si duos aut tres suggillar et, blan-
ditijs esse captos fortasse aliquè colo-
rem ueri haberet figmentum , iam
uerò quam speciem uel umbram sal-
tem ueri obtinet, cum tot Ecclesiarum
Christi ministros uiros prudentes et
graues aspergit ista labe , quod uel
delectati blandimentis, uel importu-
nitate uicti, nullum respectum timo-
ris Dei habuerint, et assentatori sint
gratificati. Quænam autem sunt il-
læ blāditiæ meæ, quibus circumuen-
ti sunt et fortasse uisus sum illi blandi-
ri, dum uiris dignis quouis honore,
debitum honorē reuerenter detuli.

Nominet aliquos quibus fuerim
importunus. Semel ad Superin-
tendentes scripsi, semel petiui dari
publicam Confessionem Doctri-
næ, quam publice docerent: causas
eden

edendæ confessionis exposui.

Non secundo aut tertio scribendo importune institi, non inuitis extorſi, nec animus erat à quoquam inuito uelle extorquere, imo ne peſtere quidem.

Nemo præbuit se difficilem, nemo recusauit dare, omnes ultro exhibuerunt præter duos aut tres, qui cur denegauerint, subscribere ueras causas, quibus propius sunt noti, sciunt: Me nec importune, nec moleſte ſolicitaſſe, ipſi ſubſcriptores ferrent testimonium, ſi requirerem. Sed nolo optimos Viros grauare præter neceſſitatem, præſertim cū priuatæ literæ & confessiones editæ, cum quibus illas una miſerunt, ueritatem rei abunde teſtificentur.

Eiuſdem generis eſt fabula, quòd à Vuittebergensibus & Lipſenſibus tētatis, ^{non ſubſcribere} repullam tulerim. Quoſ modo tentauit Eccleſias, ad quas nihil

hil scripsi? dicet, tentandi causa in
publicum dedisse testimonia D. Phi-
lippi collecta ex eius scriptis. Quis
hic locus tentationi, quæ causa? num
quid tentare est, allegare alicuius
publica & priuata scripta, proferre
contra litigatorem iudicata, affir-
mata, & defensa pro certis, quæ in-
dubium uocantur? Quomodo igitur
repulsam tuli ab eis à quibus ni-
hil petiui? At literæ meæ clamitāt,
me tulisse repulsam. Aduersarius
quidem ita interpretatur, sed res
ipsa testatur aliud, & interpretatio
nihil firmi, nihil certi habet. Si Vuit-
tebergenses, citatis testimonijs ip-
sorum, tentati repulerunt tentan-
tem, quomodo tuli repulsam a Lip-
sensibus, quorum testimonia nulla
allegauit, & ad quos nihil scripsi? Si
uoluisset tentare Vuittebergen-
ses, non retinuissem apud me
scriptum, quod iam paratum desti-
naue-

naueram mittere, nisi me reuocassent rationes melioris consilij. A multis dignis fide audieram, D. Philippum complures sciscitantes, quid sentiret de Coena Domini, remisisse ad sua scripta ac dixisse, ibi extasre suam sententiam. De hoc responso, cum mihi in mentem ueniret, praeferebam priori posterius consilium, cogitans mecum, non aliunde melius, clarius ac certius posse iudicari de eius sententia, quam ex proprijs scriptis, meq; frustra petiturum aliam declarationem, nec aliud accepturum responsum, quam alijs dedisset.

Consultit mihi sapiens consiliarius Calvinus, si uelim omni defungi molestia, ut unum uerbulum pro me ex ore D. Philippi eliciam, ad quem liber mihi pateat accessus. Ego uero non solus audiui hoc anno ex ore eius, sed etiam alij legati missi a pientissimis

mis

mis gubernatoribus aliquot ciuita-
tum Saxoniarum, dixisse, cum abi-
turi manē salutaremus D. præcep-
torem, se, et esse, et fore nobiscum
coniunctum in sententijs, in labori-
bus et precibus. Quid si autē hæc
non dixisset, & si ne uerbulum quis-
dem eliciatur ex eius ore, quid tum
postea? numquid scriptis non est ha-
benda fides? numquid uerbum u-
num pluris erit quam multa scripta?
tum non pauci ore negarent, quod
ante manu et scriptis affirmauerint.

Certe honesti uiri non solum uer-
bis quæ loquuntur, sed etiā scriptis
suis fidem haberi uolunt, nec in illis
solum, sed etiam in his sibi constare,
& fidem seruare solent.

Quæret hic rimulam ad elaben-
dum, dicet, fidem scriptis eatenus a-
stringi, si eū uerbis cōsentiant. Quid
si quis inuertat et dicat, fidē habendā
uerbis, si scriptis nō repugnēt? Dixi
pau

paulò ante quæ audiuerimus uerba,
nunc scripta adiungamus præter ea
quæ iam publicata sunt.

Dedit nobis Melanthon respon-
sum ad primum nostrum articulũ,
propositum de constituenda con-
cordia, in quo errores Sacramenta-
riorum reijciuntur.

Hunc articulum ille recepit, non
ignarus pro errore haberi in Eccle-
sijs nostris dogma Sacramentario-
rum de cœna Domini.

Quàm uerò belle se expedit Cal-
uinus, quam facete et eleganter elu-
dit ex libris Philippi citata testimo-
nia. Non est, inquit, meum, ea res
fellere. Quid ita? certe tuum erat,
tam multa, tam perspicua, et firma
testimonia, sumpta ex publicis præ-
sertim scriptis, refellere, cum fortis-
ter tuæ prouocationi obstant.

Nihil habes, nec aliquid probabis
le in speciem potes comminisci, quo
refel-

refellas. Itaq; uere dicis, non esse tu-
um ea refellere : ne tamen uidearis
ueritate conuictus tacere, addis ali-
quot tua figmenta.

Nihil moraris quid senserit, quid
ue scripserit, ille inter primos con-
flictus, causa nondum clarè & dilu-
cidè explicata. Quid de primis con-
flictibus et de obscuritate causæ non
satis explicatæ frustra nimis friuolè
hæc prætendis? Contexui continu-
am seriem testimoniorum, inde à pri-
mo tempore motæ cōtrouersia usq;
ad annum quinquagesimum sextū :
non solum opposui, quæ inter pri-
mos conflictus à Philippo scripta et
defensa sunt.

Multi excellentes uiri in causa Sa-
cramentaria explicanda tanto tem-
pore, præclaram operam impende-
runt, & tanti uiri circumfusi scilicet
mentis densa caligine reliquerunt
hanc causam, non satis dilucidè ex-

B plicaa

plicatam, Bullingero & Caluino illu-
strandam? Sed erat homo nimis
uerecundus ad negandum, habuit
suos instigatores, qui ui aliquid ex-
torquerent. Nimis futilia & uana
audes effutire?

Quænam ista est uerecundia, qui
isti instigatores & uiolenti extorto-
res? In constantes confessores ueri-
tatis & martyres Christi, ista peruer-
sa uerecundia nō cadit, ut affirmant,
quod sit intrepide negandū: ne sæ-
uis quidem tormentis sinunt sibi ali-
quid extorqueri contra ueræ fidei
confessionem, & propriæ conscien-
tiæ testimonium. Ac quidem ipse
met longè aliud scribit, quam rheto-
rica tua translatio prætexit, affirmat
se non incogitanter accessisse ad cau-
sam, sed expendisse diligenter, quid
in utramq; partem dici posset, nec ta-
men in Cingliana sententia firmi ali-
quid inuenisse, se inquisuisse ueteris
Ecc

Ecclesiae sententiam, mori se malle,
quam affirmare cum Cinglio, Chris-
tum non nisi in uno loco esse posse:

Nusquam incusat instigatores,
qui ui extorserint, ut defenderet per
annos amplius quindecim, uerum es-
se, quod intelligeret aliter se habea-
re.

Nusquam ^{Ge. Magr.} conqueritur de metu,
cadente aliquando etiam in constan-
tem uirum, se extimuisse tonitru, q̄
instaret à uiolētis hominibus: Quid ē
nunc inter amicos, inter ὁμοῦ καὶ φίλους,
in tranquilla pace & summa concor-
dia, metueret periculum, ubi ne-
mo erat, qui tonitrua moueret &
Sed habebat Lutherus sua flabella,
quæ fulmina & tonitrua concitaf-
sent. Tantus scilicet Dei Prophea-
ta uanis flatibus uentorum tanquā
arundo impulsus, non suo iudic-
cio & sancto Zelo adductus Cing-
glii dogma oppugnauit etiam in

extrema ætate, cum cygnea cantio
dulcissimè resonaret ex ipsius ore
& pectore? Eiusmodi fabellas qua-
les spargit poeta Calvinus, si quis
quam sparsisset, uiuente Luthero
& Theologis præclaris illi ob exi-
mias uirtutes, accepissent premium
talibus obtrectionibus dignum.
Si qui sint adhuc superstites, quos
accusat tanquam discordiarum au-
thores qui frigidam suffuderint, pro-
ferantur nominatim, credo non de-
futuram illis iustam apologiam.

Dissimulanter autem & miro ar-
tificio insinuat, quod etiamsi Philip-
pus aliquando dissenserit à Sacra-
mentarijs, tamē discesserit à sua sen-
tentia, & aliam meliorem amplexus
sit.

Non aperte quidem & ingenue
hoc effert, attamen iudicat non du-
biijs uerbis, querelam inducens, du-
ram legem præscribi, si non liceat ro-
ta

ta uita proficere, Iniuriam fieri tam
Ecclesiæ quam Philippo, si quis di-
cat, annos quadraginta nihil illi at-
tulisse.

Quis lycurgus, quis Minos, quis
ue Solon præscribit, tam duram le-
gem, quæ in bono proficere prohi-
beat? Quis dicit, annos non mul-
tum ad profectum afferre? Neque
ideo quis iniquam fert legem, qua
non liceat progredi in doctrina &
pietate, nec dicit, multorum anno-
rum tempus & experientiam non
ad pleniorum cognitionem pluri-
mum conferre, cum dies prior sit dis-
cipulus posterioris, si requirat in co-
gnita ueritate constantiam, & ex-
hortetur ad proficiendum ea ratio-
ne, ne quis uerius deficiat quam pro-
ficiat, neue à recta sententiâ ante pro-
bata deflectat, fecerit aliquis ni fal-
lor bonam accessionem sapientiæ et
pietatis, etiamsi non amplectatur

B 3 Sacra

Sacramentariorum placita.

Non enim puto sui profectus rationem illis solis constare, qui eunt in scholam Caluini, eiq; subscribunt: non existimo alios deficere, qui depositum acceptum a Deo per fidelem eius seruum D. Lutherum solliciti sunt custodire.

Quamuis autem Caluinus non obscure insinuauerit, Philippum mutasse priorem sententiam, id quod omni ambiguitate remota significat, cum ait D. Philippum non primum mortuo Luthero deflexisse ad Caluini partes, sed ante annos septēdecim adeo idem cum eo sensisse, ut in primo congressu ne syllaba quidē fuerit mutanda, tamen dedita opera sui oblitus, delabitur ad insigne illud mendacium, quod inde à principio senserit cum Sacramentarijs.

Respondet enim Magdeburgensibus de collectis à Philippo sententijs

tijs ueterum, nihil aliud ei fuisse pro-
positum, quam probare spirituales
communicationem, de qua prorsus
sit consensus inter ipsum & Cal-
uini socios. Quid uero triginta an-
ni ei attulerunt, quid profecit quan-
tum attinet ad hanc controuersiam
Sacramentariorum, si collectis te-
stimonijs patrum nihil aliud uoluit
probare, quam spiritualiter edi
corpus Christi? Atqui nulla nostris
fuit dissensio cum Cinglianis de spi-
rituali manducatione.

Nec enim Cinglius, Oecolampadius,
& eorum discipuli nega-
bant Christum spiritualiter adesse,
& edi in S. coena per fidem, nec no-
stri de hac re disceptabant, sed de ex-
clusiua, quam etiamnum Sacramen-
tarij defendunt, quod tantum spiri-
tualiter Christus adsit in Sacramen-
to Eucharistiae, non autem adsit cor-
pore & sanguine suo.

B 4

Quid

Quid propositum fuerit Philippo, quid intenderit probare collectis sententijs patrum, dilucide apparet ex epistola scripta ad Myconium & ex ijs quæ sequuntur post recitatas sententias.

Satis dilucide statim proponens scopum sui consilij ait; mitto locos ueterum, qui testantur idē illos sensisse quod nos sentimus, corpus & sanguinem Domini uere adesse in Cœna Dominica.

Quid patres senserint & pro qua ipse tunc pugnauerit sententia, paulo post declarat, proposui, inquit, nudas sententias ut iudicium candido lectori relinquerem, utrum de corporali præsentia an de sola efficacia sint intelligendæ.

Ne quis obiiciat, Philippum in medio reliquisse, quid senserint ueteres, nihil pro certo affirmasse, ilico addidit; Ego statuo eos *ἐπιτῶσ* asseuerare

uerare, quod corpus Domini adsit
in Cœna.

Repetit idem paulò post cum ma-
iori asseueratione his uerbis. Cum
in scriptura non inueniam testimo-
nium, quod corpus Christi neget
adesse in Cœna, aut interpretetur
uerba cœnæ aliter quam sonant, nō
habeo rationem satis firmam nouæ
sententiæ docendæ.

In Epistola ad Ioannem Oeco-
lampadium similiter astruit, se nul-
lam uidere rationem, quæ satisfaciat
at conscientiæ discedenti a proprie-
tate uerborum, Sacramentariorum
doctrinam, quæ contendit Christi
uerba tropice non proprie intelli-
genda esse, bis uocat nouum dog-
ma, tam perniciosum, quod maxima-
rum rerum ruinam secum trahat, et
minetur ruinam toti imperio.

Tantum periculum prædixit de
controuersia Cœnæ Domini, non

B 5 ex

ex nostra, sed ex Sacramentariorum parte. Ideò negat, tutum esse à communi sententia ueteris Ecclesiae discedere.

De tropo in quo Sacramentarij omne praesidium, totamque uictoria ponunt, quem gloriatur mederi omnibus incommodis sic respondit.

Quibusdam ualde hebetes uidemur, quod in uerbis Euangelij, hoc est corpus meum, non uideamus Metaphoram nec intelligamus, nos ab infinitis quaestionibus liberari uel uel Metaphorae beneficio, uideatur infania esse sententiam longe absurdissimam mordicus tenere, cum aliam commodissimam offerat Metaphora. Obsecro quae sunt illae infinitae quaestiones, nisi quas mouent Caluini subscriptores & praesentiae corporali opponunt? Quae sententia uidetur esse longe absurdissima, nisi quae defendit τὸ ῥῆτον & astruit
ueri

ueri corporis in Eucharistia præsen-
tiam? Nisi Calvinus uelit in clara
luce cæcutire, aperiat oculos & ui-
deat, Philippum ueterum sententi-
as collegisse, non pro Sacramentarijs,
sed pro ea doctrina, quam isti exco-
gitatis multis absurditatibus defor-
mant & extremè execrantur.

Statuit ille *πῆτος* patres asseue-
rare, quod corpus Domini præsens
sit in Coena: Calvinus contendit,
figurate locutos esse, doctrinam
de præsentia corporali delirium es-
se & detestabile commentum ex-
clamat. De loco Augustini ad Dar-
danum tumultuosè infanas tragœ-
dias mouet, & tantum non cœ-
lum terræ miscet: at quid ille re-
spondet, quem non magis ab ipso
quam à proprijs uisceribus in hac
causa diuelli posse, inflatis buccis
gloriatur, & omnibus uult esse
persuasissimum: negat quenquam
pers

persuasurum Augustinum in illo loco sic alligare corpus Christi ad unum locum, ut nusquam alibi esse posse confirmet, praesertim cum nusquam scriptura dicat, ita in uno loco esse, ut alibi esse non possit.

Sed quid his immoror, cum veritas non pendeat ab hominum suffragiis, & Calvinus in hoc non constituat uictoriam, quod Philippum astipulatorem habeat.

Obijcit enim mihi crassam barbariem eo nomine quod scripsi, summam uictoriae Calvinum in eo ponere, si Philippus declaret se cum illo sentire. Si in eius consensione non ponit uictoriam, cur prouocauit, & nunc iterum non semel ad eum prouocat? nonne propter uictoriam in causa dubia fieri solet prouocatio ad arbitros & iudices? Cur promisit, se uelle desistere, si ille declararet uno uerbo se ab ipso in causa

sa

sa Sacramentaria dissentire, si in ea declaratione non totam uictoriam collocaret? certe qui promittit se uelle cedere aduersario eius uictoriam defert, si iudex ad quem prouocat, contra ipsum pronunciet, is in eius sententia totam uictoriam reponit.

Scripsi in præfatiuncula præmissa testimonijs desumptis ex scriptis Philippi, quod Calvinus in uno scripto bis ad eum prouocauerit, ille de altera prouocatione uerba sua repetit, in qua insultans mihi erumpit in hæc uerba: ad eum si intrepide prouoco quid superest, nisi ut iaceat Vuestphali garrulitas? nonne hic præclaram uictoriam sibi pollicetur de uicto & prostrato Vuestphalo, si feratur pro ipso contra eum sententia ab authore confessionis Augustanæ? De altera tacet, in qua promittit, se protinus desistere uelle, si

si uerbulo declaret Philippus, Calu-
inum ab eius mente deflectere.
Mendax igitur deprehenditur, dum
me falso mendacij insimulat.

Omitto autem hæc leuiora, præ-
ut multo alia foediora mendacia in
me eiaculatur. Instigante insigni
malitia & libidine insatiabili male-
dicendi, unum insigne mendacium
bis ingeminat.

Impudenter criminatur, me non
puduisse inferere confessionibus no-
stris, Serueticus cuiusdam hominis
epistolam, quasi non satis sit semel
chartas, oculos, aures, & animos
polluisse hoc tetra mendacio, idem
iterum inculcat prolixius, quod
mox alijs duobus mendacijs suffula-
cit, alterum est, me diffusum esse
copijs meis, alterum non melius
habuisse subsidium, ideoq; coactum
inferere cuiusdam Serueticus Epi-
stolam.

Atten.

Attendat lector quàm graues & firmas causas habuerit spargendi huiusmodi probrosas criminationes, & pro certissima ueritate affirmandi, quod author epistolæ sit unus de perdita secta Serueti: causæ nimiarum fuerunt, ut ipse fatetur, coniecturæ & diuinationes.

Acutos quosdam homines diuinare prædicat, epistolam profectam esse à quodam leguleio Pedemontano, qui se palam multis in locis impijs & execrandis Serueti dogmatibus patronum esse professus sit.

Vnde isti acuti homines diuinationes suas hauserunt, num è cœlo & num ex reuelationibus diuinis? Audi quæso: ad diuinandum sacra pectora permouit inscriptio Epistolæ missæ ex Babilone, & articulus Italicus: lat qui, quo casu irreperit in nonnullis exemplaribus haud scio.

Meum

Meum exemplar & multa quæ
vidi, habent ex illa Babilone, et ita e-
rat à me scriptum, nihil minus cogi-
tante, quam de adiñciendo articulo
Italico.

Quia igitur inscriptio Epistolæ
faciebat mentionē illius Babilonis,
de qua est in Apocalypsi cap: 13. di-
uini homines arripuerunt inde occa-
sionem coniectandi, scriptam esse à
quodam pedemontano.

Cur non diuinarunt sacri isti uas-
tes, quod missa esset è Roma, uel a-
liunde, quandoquidem Ioannes in
Apocalypsi Romam & totum reg-
nū Antichristi designat nomine Ba-
bylonis? haud scio an scriptor Epi-
stolæ unquam fuerit in pessulano
monte, hoc certum est, quod per
multos annos in quadam celebri ci-
uitate longissime distita à pedemonta-
te inter honestos homines habitauerit,
cū quidem ut Calvinus narrat,
ille

ille Pedemontanus, de quo diuina-
tores suspicati fuerunt multis in lo-
cis professus sit, se patrocinari Serue-
to. Nomen authoris subticuisse me
propter uitandum periculum, facile
erat cogitare, bono studio rem oc-
cultam inquirenti.

Cum igitur pio consilio nomen
non esset expressum, quæ fuit teme-
ritas, curiosè occulta inuestigare, si-
nistris suspicionibus indulgere, quæ
furiosa erat libido, arripere materia-
am hominem ignotum criminandi
de execrandis erroribus Serueti,
mecum aspergere illa labe quasi inter
familiares & patronos meos habe-
rem contaminatos Seruetica hære-
si, qua turpi macula nihil erubuit
Caluinus, synceros ministros Eccle-
siæ Magdeburgensis traducere, fal-
sissimè eos insimulans, quod senti-
ant, patres nihil nisi uacuas umbras
& nullam societatem rerum spiri-
C tualis

qualium cum Ecclesia noui Testa-
menti habuisse? Nō aliter mihi scri-
ptor epistolæ innotuerat, bonorum
commendatione et ex literis aliquot
pientissime ad me scriptis, quā quod
abhorreret tum ab Antichristi im-
pietate, tum ab alijs quibuscunq;
damnatis hæresibus & sectis.

Si uel minima suspitio uel fama
fuiſſet, Serueticī siue cuiuscūq; pha-
natici ueneno infectum esse, nullus
locus amicitiaē illi patuisset, neq; ad-
iunxissē eius epistolam confesſio-
nibus Ecclesiarum, quæ Serueticos
furores detestantur. Dubitauit Cal-
uinus de coniectura & diuinatione
suorum uatum an uera eſſet, & ta-
men magno suo cum dedecore pro-
ſicit stercus Diaboli in Ecclesiarum
nostrarum confesſiones & specta-
tæ integritatis presbyteros, demen-
tatus diabolica superbia, et scripta et
personas contumeliosè conſpurcat
sordid.

sordida appellatione, comparans collectas confessiones earumque subscriptores, stercoreibus undique congestis ex quibus uallum extruitur.

Insultans amarulento Sarcasmo tot uenerandis inspectoribus Ecclesiarum, fruantur sane, inquit, Vuest phali subscriptores hoc socio, ac gnauiter impudens conuiciatur, eos prostituendo pudorem suum hanc ignominiam subire non recusasse, diuinæ etiam ultioni homo religiosus ascribit, quod ferant mercedem meritam suæ cæcitatibus. Conuiciatur deinde, quod sint faciles & arrogantes in censuris & sententijs ferendis. Inducit sermones sui cuiusdam delatoris, quos comprobans ait, se animaduertere uerissimum esse, quod iste facundus obtrektor scripsit, quosdam homines in maritimis urbibus mirabiliter sapere ut Sybilla Cumana, si uiuat hodie ad eos mittenda sit, quæ discat ab eis uaticinari. C 2 Cen

Censuras suas & sententias ex
uerbo Dei scripserunt aduersus per
uerfa ac pernitiōsa quædam dogma
ta, idē fecerunt ex officio, pio stu
dio, pro mensura sui doni, ad utilita
tem Ecclesiæ, exigente magistratu
& petentibus Oeconomis Ecclesiæ
Dei.

Quid hic malefecerūt, quid sump
serunt sibi præter officij sui ius ac po
testatem, uel contra charitatis le
ges, quid commouerunt ut prop
terea Calvinus quemquam repre
hendat? quid imperiose postulat?
an ut sint mercenarij, qui fugiant ue
niente lupo, an ut mutos agant ca
nes qui pro salute gregis non latent
aduersus fures & latrones? Cæter
rum non dissimulat, quid male eum
habeat, illud nimirum, quod uerè
meritoq; suo honorabiles Patres
pronunciauerunt in causa Sacramē
taria: hinc illæ lachrymæ, hinc ille
dolor,

dolor, hinc illa criminatio, quod eos
in pronunciando similes facit Ro-
mano pontifici uibranti in Ecclesi-
am fulmina sua. Ex impatiētia la-
tius excurrens conqueritur, se egre-
gium amicū barbaris conuicijs pro-
scindi, suos censores nullis probris
uel contumelijs parcere.

Scelerata sua mendacia cumulat
postea, conuiciando, quod omnem
humanitatem exuerint. Irridens
Sardonio risu, ueniam sibi dari pe-
tit, si homines esse putauerit, qui sua
uirulentia spirent meram feritatem.

Pro synceris Dei cultoribus &
probis Christi ministris habet in Ec-
clesijs Saxoniae & inferiori Germa-
nia, suae sectae fautores & patro-
nos, his se dedicasse scribit chartas
conspurcatas indignis modis collu-
die mendaciorum & calumniarum,
non illis quibus superbia loco pie-
tatis sit, quos feritas omni humani-

C 3 tate

tate spoliet, & quibus obstinatio nihil moderationis reliquum faciat.

Tales iudicat esse humanissimus et moderatissimus Calvinus (ut ex admonitione apparet) qui contradicunt eius Enthusiasmo & improbat Cingliani spiritus deceptiones. Ita circumscribit probitatis & syncri cultus Dei limites, Cinglianismi professione: Permittit sibi licentiam falsa criminatione infamandi anastites & Pastores multarum Ecclesiarum, concedat mihi vicissim bona cum uenia, citra reprehensionem assentationis asperas labe abstergere, meque coram Deo & angelis eius uere affirmare, quod & Ecclesiae Christi sancte attestantur, non esse quemquam ex omnibus, qui confessiones de Coena Domini scripserunt, qui non per aliquot annos, nonnulli plures quam triginta cum laude

laude fideliter Ecclesijs præfuerint,
& non ob eximias uirtutes suas per
chari sint, magnoq; in precio & ho
nore apud homines bonos, Diaconi
& cooperarij pleriq; non perinde
mihi notisunt, non ita doctrina &
uita cognita: dona habent inæqua
lia, prout Deus cuiq; suam mensu
ram distribuit, hoc tamen scio, si
quisquam ex illis talis esset, quales
esse aduersarius criminatur, nec po
liticos nec Ecclesiasticos præfides in
sacro sancto ministerio unum diem
eos toleraturos esse.

Qui uiris illis reuerendis non par
cit, nec defert tam multis Ecclesijs
ullam reuerentiam, in quibus eo
rum integritas perspecta est, quid
mirum quod in me præcipue im
petu facto debacchatur uirulentis
suis mendacijs adeo manifestis,
ut ne umbram quidem aliquam
ueri habeant.

RECHT

Q 4

quod

quod conuiciatur, me prodigiōse
esse cæcum, colorem inducere doc-
trinae meae ex suffragiis, quæ tene-
bras soli potius obducerent, pro cœ-
lesti oraculo habere decretum con-
ciliij Romani habiti sub Nicolao se-
cundo.

Ego uerò nulla inde petiui sus-
fragia, solummodo illius conciliij fe-
ci mentionem: præuidi futurum,
si allegarem, Cinglianum errorem
ibi damnatum esse, ne mox id rape-
retur in calumniam, proinde non
simpliciter sed cum conditione eius,
à me mentio facta est quasi præteri-
tione seu reiectione quadam.

Sic enim ad uerbum habet locus
quem Calvinus deprauat. Quod
si has sanctas Synodos contemnunt
præfractè, qui non contemnant ma-
gno supercilio, & non recusent sta-
re definita sententia, si aliquod con-
cilium generale uel rationale con-
ueniat

ueniat & contra Cinglianos pro-
nunciet. Quid ni repudient, & sana-
nis amaris excipiant, si a nobis alle-
getur concilium celebratum sub Ni-
colao secundo, in quo Berengarius
& mali corui prognati ex malo ouo
damnati sunt.

Quod dixi conditionaliter, si a
nobis allegetur concilium & candi-
dus iste interpres accipit definite,
asserit me uoluisse illius concilii au-
thoritate Sacramentarium doctri-
nam esse damnatam.

Simili candore eodemque plane
artificio astutus quidam turbator tran-
quillae Ecclesiae in epistola quadam
infamat Augustanam confessionem,
quod astruat transubstantiationem,
eo quod germanicum exemplar in
articulo decimo dicit, Sub speciebus
panis & uini adesse Christi corpus
& sanguinem, & quod Papistae sic
solent loqui, & species uocare acci-

C 5 den-

dentia sine subiecto. Egregiè inter
rim ignorat, aut sciens nescit, speciem
in latina lingua significare etiam
formam substantialem, nec uerba
sive formulas loquendi usitatas Pa-
pistis astruere errores Papisticos,
si alio saniore sensu accipiantur, quàm
apud ipsos sunt in usu. Apologia
in declaratione articuli decimi citat
græcum Canonem missæ, propterea
illa quoque ab isto ueteratore tan-
quam Papistica reijcitur.

Quòd si horrenda est cæcitas &
mentionem aliquam facere conciliorum
Pontificum Romanorum, quæ errores
aliquos uel induxerunt uel stabilierunt,
indeque allegare quæ cum sacra scriptura
consentiunt, uel ex aliquo scriptore sumere
suffragia sive testimonia inde adducere,
qui in alijs errauerit, in alijs reliquerit
ueras sententias, si hoc est

est haram porcorum pro schola de-
ligere, quis non abhorrebit à Caluia-
nicacitate, qui bis in uno libro ci-
tat Longobardum, quomodo à se
depellet sordidum conuicium, quod
non porcorum haram pro schola si-
bi delegerit? Quid fiet de quodam
alio qui optauit etiam Sorbonæ Pa-
risiensis iudicium flagitari de contro-
uersia Cœnæ Domini:

Num prodigiose cæci sunt, qui
sæpius ex Platone, Aristotele, De-
mosthene, cæterisque Ethnicis scrip-
toribus, quam ex sacris literis sen-
tentias inserunt suis scriptis? A-
postolus Paulus usus est testimonio
Epimenidis Cretensis, citauit uer-
sus ex Menandro & Arato, nun-
quid ideo accusari debet prodigio-
sæ cæcitatibus? Si ueritas uim su-
am retinet apud quoscunque inue-
niatur, neque ea cum mendacio
est

est abiiciēd; ne mihi Calvinus post
hac intēdet calumniam prodigiosæ
cæcitat̄is, etiamsi ex concilijs pon-
tificijs aut aliunde attulero testimo-
nia uera contra assertions falsas.

Desinat etiã obijcere summa ua-
nitate & iactantia, mendicari ex li-
bris Sacramentariorum, quas addu-
co rationes de coercendis hæreticis.
Nullas enim adduxi sumptas ex li-
bris Caluini uel ullius Sacramenta-
rij.

Nunquam legi librum scriptum
à Caluino, quod liceat in hæreticos
supplicio capitali animaduvertere.
Venit in meas manus liber impres-
sus londini in Anglia, in quo sediti-
osus spiritus istius factionis disputa-
tat, ne quidem licere Christiano ma-
gistratui capitis pœnas sumere de
facinorosis.

Nondum audieram aliquid de li-
bro Caluini tractante argumentum
in

in contrariam partem, cum collectis
testimonijs Augustini dedicatori-
am Epistolam præmitterem ad D.
Bordingum.

Quod insisto iisdem rationibus,
quibus Calvinus usus sit, non ideo
ex libris eius mendicavi. Eadem
enim dicere quæ alijs, similes aliqua
de re sententias adducere, non est
aliunde mendicare.

Quis non erit Caluino mendicus
si similes sententias usurpare, uel a-
liunde aliquid mutuarè, mendicitas
sit. Exprobret tum mendicitatem
Ciceroni, Virgilio, Demosthēi, Ter-
rentio, qui ex græcis autoribus mul-
ta mutuati sunt.

Ne Calvinus quidem à mendici-
tatis probro sese defendet, credo es-
nim non inficiari, quantumuis mul-
tum sibi arroget, se multa in scriben-
do cum alijs communia habere: &
non pauca ab alijs sumere, tamen si
in

In elocutione nouam formam uestis
tus sententijs usitatis circumdet. Ex
xij Caluini liber eodem anno, cum
mense septembri scriberem Episto-
lam præmissam testimonijs Augu-
stini: quo tempore ne quidem au-
dieram aliquid de edito libro: quo-
modo potui inde probationes sume-
re & pro meis usurpare? Pater igitur
mendacijs, hominem ad men-
tiendum instigauit, quod ex libro
neq; uiso neq; lecto aliquid mutua-
tus sim.

Haud alio patre instigante con-
gessit aceruatim in me hæc menda-
cia, quod detrectem colloquium,
omnes aditus præcludam legitimo
iudicio, meum consilium sit, minas
& arma arripere styli loco, gladium
magistratus opponere pro dispu-
tatione.

Hæc quid ueri habent, quis ha-
bet aures ita expositas delatoribus,
quis

quis est tam uanus, ut his ullam fidem adhibeat & si aliquanto parcius & moderatius mentirentur, citius inueniret fidem apud facile credulos. Scit Calvinus, non esse penes paucos indici colloquium, hos uel illos uocari, scit, non Sacramentarios, non me uocatum ad Colloquendum de controuersia Cœnæ Domini.

Quid ergo fucum addit causæ malæ, bonam cur suspectam facit, obtrectando quod fugiamus colloquia nec sustineamus causam legitime cognosci?

Quod adhibitus in consilium de instituendis priuatis colloquijs, dixi meam sententiam, dogmata confessa, iudicata & certa ex uerbo Dei non reuocanda in disputationem, nec cum obstinatis frustra aut etiam cum scandalo populi decretandum: hoc si Caluino est detres
stare

etare colloquiū lucem fugere, omnes uias præcludere legitimo iudicio, nimis duriter inculsat præstantissimos uiros, qui aliquando recusauerunt pontificum concilio submittere religionis causam, & non leues causas recusationis suæ reddiderunt.

Inclementer pronunciat de magnis quibusdam suis patronis, qui propositis rationibus dissuaserunt, ne Theologi præcipui ex plurimis Ecclesijs conuenirent ad agendum de religionis dissidijs componēdis. Nisi suo quodam prauo studio congereret, undiq; mendacia ad prægrauandum me, uidisset in meis libellis, quod non refugerim legitima iudicia & colloquia, sed ad ea me obtulerim.

Confessio mea oblata hoc anno, collocutoribus ex nostra parte congregatis Vuormatiæ testatur, nihil
ueri

veri esse in accusatione de aditu præ-
cluso legitimæ cognitioni & de re-
cusato colloquio.

Conuenire inter nos fatetur, iu-
re magistratum seuerius coercere
sectarios & hæreticos, ne contagio
serpat, sed attexit telam calumniæ
suae, inuerecunde mentiens hoc in-
teresse inter ipsum & me, quod ipse
uelit prius probe discuti causam de
qua agitur, priusquam magistratus
seuerè aliquid statuatur in reos, mihi
autem satis esse magistratus gladi-
um pro disputatione opponere &
authorè esse, ut accusati indicta
causa opprimantur.

Hoc mendacium diluit illa ipsa
epistola, unde texit longam telam
suarum calumniarum. Laudo ibi
Augustini consiliū quod dedit præ-
fectis de moderatè coercendis hæ-
reticis, paulo post laudatur à me ius-
ta moderatio pientissimi magistra-

D tus

tus nostræ ciuitatis, quàm adhibet
in arcendis sectarum magistris,
quos ita demum suo edicto exclu-
dit ciuium consortio, si nolint do-
ceri & desistere ab errore. Hæc
tam clara uerba præterit, tanquam
talpa cæcis oculis, interim decla-
mitat de suo libro quatenus pro-
bauerit seueritatem magistratus,
fingitq; se mirari ualde, me statim
in ipso exordio mei libelli discrepa-
re à uerbis & sensu Augustini, qui
non terreri solum, sed etiam doceri
uult hæreticos.

Quid uero diuersum ab hac ei-
us sententia scripsi? si non pro bar-
baris despiceret & magistratus ciui-
tatum & Theologos nostrarum Ec-
clesiarum, non ueniret illi in men-
tem, tale aliquid suspicari, multoq;
minus ubiq; diulgaret, utrosq;
contra legem diuinam etiam ob-
seruatam ab Ethnicis, indicta causa
de

de seductoribus & seductis dam-
natis poenas exigere. Obtendet
Calvinus, quod scripserim Sacra-
mentarios non stylo sed gladio re-
futandos esse, ita enim peruertit
uerba mea pro artificio consueto
ipsi ubiq; in maledicis scriptis, ut
aut addat aliquid, aut detrahat de
meis uerbis, aut detorqueat in di-
uersum sensum, quam à me posita
sunt, dixi scepro magistratus po-
tius quam stylo refutandas blasphe-
mias quales effudit Polonus in li-
bro de Sacramentis, qualis est illa
quoq; Caluini, plus decies in uno li-
bro repetita, quod uoretur corpus
Christi in S. coena.

Quid aliud ipsemet defendit in suo
libro, quā iuste refutari blasphemias
à Magistratu? Negabit, ut solet
esse blasphemias, dicet, esse benedi-
ctiōes, quas nos pro blasphemijs in-
terpretemur. At quid aliud heretici

D 2 omnes

omnes prætenderint ? Quid aliud
phanatici prædicant de suis contumelijs & maledictis quæ effundunt
aduersus Deum ? Quis unquam
hæreticus uictus cessit, & uictum
se esse, iusteq; damnatum propter
blasphemias confessus est?

Porro de simili nota est calumnia, quod dissentientes à nobis in doctrina de Eucharistia spoliemus primum omnibus donis spiritus, deinde libertatem à Paulo datam prophetis, ad Saxonicos Doctores astringamus. Vide nouam Dialecticam in deducendis consequentijs falsis. Sumimus nobis nostro loco libertatem iudicandi de Cinglianismo: non recipimus confictos tropos, reiicimus commenta, quæ tollunt ex Eucharistiæ Sacramēto corpus & sanguinem Christi: nequamus ergo Sacramentarios habere illa dona spiritus, alligamus libertatem

tem

tem Ecclesiae ad certas personas.
Agnoscamus sanè sua dona habere
Sacramentarios, utinam uterentur
eis ad aedificandas nō ad subuertens
das Ecclesias. Ad locum Apostoli
ubi iubet, ut duo aut tres Prophetæ
loquantur, & cæteri dijudicent, re-
spondi: nos paratos esse audire Pro-
phetas missos à Deo, recipere uelle
reuelationem datam à spiritu Dei.
Quid habet hæc mea responsio dis-
sonum à doctrina scripturæ sacræ?
nemini hic eripitur sua libertas iudi-
candi de Prophetis. Dic Ecclesias
Saxoniae audire suos prophetas, nō
audire alienos, qui sua somnia ob-
trudunt pro prophetia & interpre-
tatione spiritus Christi. Hinc non
rectè quis infert, spiritus sancti gra-
tia exornatos in alijs Ecclesijs, om-
nibus donis spoliari, atq; ea astringi
ad presbyteros, qui docent in Eccle-
sijs Saxonis. Seipsum autem obe-

D 3 noxium

noxium facit Calvinus culpæ, quam nobis præter meritum impingit, sibi arrogat superbè dona spiritus: nobis spoliatis ne unciam quidem relinquit, de dono interpretandi scripturam: ita præcisè metitur, quid quisque habeat de donis spiritualibus, quid non habeat, ut unciam detrahat, si quis non in omnibus Sacramentarijs assurgit tanquam Prophetis Dei.

Nusquam nominatim me inter Prophetas pono, quanquam quisque modeste sua dona agnoscere debeat, ne ingratus Deo sit, nee datam gratiam negligat: mihi satis est Discipulum esse Prophetarum, dico D. Lutheri & cooperariorum eius qui restiterunt Pseudoprophetis. De illis scripsi, instructos dono Prophetiæ & approbatos in Ecclesia per años amplius viginti sex defendisse suam Prophetiam

am anologam uerbis Christi et Cim-
glianam doctrinā reiecisse. Impro-
bæ igitur calumniæ figmentum est,
liberam potestatem datam toti Ec-
clesiæ astringi ad paucos.

Ex calumniæ officina uenit quoq̃
mendacium, quod à me despiciatur
manducatio spiritualis, hoc tam ue-
rè dicitur, quam si me accusaret, fi-
dei in Christum doctrinā à me con-
temni. Nusquam damno pro hære-
si, si quis urgeat spiritualem mandu-
cationem, sed si insistat in errore au-
ferente Christi corpus & sanguinē
ex mensa dominica. Nulla nostris
unquam fuit, nec mihi est contro-
uersia de spirituali esu & potu, sed
ne exclusiua statuatur, ne remo-
ueatur præsentia & sumptio car-
nis Christi, de hoc dimicatum est, et
adhuc dimicamus. Coniungimus
cum spirituali manducationē ueri
corporis præsentis, nō admittimus,

D 4 hanc

hanc per illam auferri. Præclufit
uiam calumniatoribus, primum me
um fcriptum de controuerfia cœ
næ Domini, ne obiicerent fpiritua
lem manducationem & fruitionem
defpici uel paruipendi. Addidi enim
libello farraginis admonitionem de
fpirituali efu & potu, dixi ex re Ec
clefiæ effe, fæpius eam doceri & pio
os commonefieri de fpirituali per
ceptione meritorum Chrifti, utili
ter collocari operam in huius argu
menti concionibus, fi non eo ten
dant, ut præfentiam preciofi corpo
ris & fanguinis Domini tollant ex
Sacramento Euchariftiæ, fatis hæc
refutant calumniam mentientem,
quod defpectui mihi fit fpiritualis
manducatio quæ fit fide. Quam fal
fa fit oftendit præterea libellus con
fefsionis fidei de cœna Domini, ob
feruationes meæ ex Cyrillo, item te
ftimonia annotata ex Auguftino.
Nullum

Nullum inde uerbū adduci potest
de contemptu spiritualis manduca
tionis; multa uero inde proferri pos
sunt quæ testantur, me reuerenter,
ut debeo, de ea sentire & loqui.

Cætera autem mendacia omnia
superat falsissima accusatio, qua me
Iuliano Apostatæ immani & subdo
lo persecutori Christianæ religionis
similē facit, absq; ullo metu Dei cri
minando, quod tanquam Iulianus
omne nomen Christianum perse
quar. Quis non obstupescat de tan
ta amentia & cæcitate Caluini, in
quam furia hominem præcipitant,
ut non cogitet, neminem nisi captū
mente tam prodigiosis mendacijs
fidem habiturum, si uel aliquam ha
beat mei noticiam, uel mea scripta
obiter inspexerit, uel aliquantulum
secum reputet, quo ministerio a
pud quos fungar, & maleuolis de
latoribus non præbeat aures, neq;

D 5 ullum

Nullum det locum, nisi prius audiuerit
meam defensionem aduersus in-
sanas accusationes ex Satanico o-
dio contra me confictas, non alia de
causa, nisi quia grassanti Cinglia-
nismo contradixi, unde profluunt
etiam cæteræ insectationes, calum-
niæ, obtrecciones & mendacia,
quibus singulæ ferè pagellæ secun-
di & postremi scripti Caluini sca-
tent: ad quæ diluenda una cum cor-
ruptelis doctrinæ & sophismatibus
parabo, Deo adiuuante, et dabo, quã
primum per alios labores uacabit,
necessariam & iustam apologiam.

Obtestor autem per Christum Ie-
sum iudicem uiuorum & mortuo-
rum, ante cuius tribunal omnes sta-
tuemur, ne quis temerè iudicet, aut
pronunciet de causa, quæ non est
mea, sed Dei, & totius Ecclesiæ, nõ
noua, nec nuper à me aut ab uno at-
que altero mota, sed per multos an-
nos


nos in clara luce à clarissimis uiris,
summa fide, sancto zelo, firmissi-
mis rationibus, ex sacra scriptura
defensa, quam tanto tempore tot
Ecclesiæ amplexæ probāt, retinent
et religiose bona conscientia cōstan-
ter tuentur, nec putet aduersarios,
me unum cum paucis, aut meum
aliquod dogma oppugnare. Oro
deniq; ne quis calumniatoribus me
is audacissimis & impudentissi-
mis, sæpius deprehensis in mani-
festis mendacijs credat, neue aliud
sinat sibi persuaderi, quam quod ex
animo detestor quoscunq; errores,
hæreses & sectas damnatas uerbo
Dei, et integram reuerenter ample-
ctor doctrinam Propheticam et a-
postolicā traditā in sacris literis, re-
petitā in symbolo Apostolico, Nice-
no, Athanasij, & in Augustana con-
fessione, ac ueræ Ecclesiæ Catholice
cæ alumnus & ciuis permansurus
sum,

sum, Domino & redemptore Chri-
sto Iesu gratia me sua confortante
per spiritum suum sanctum et o-
pus suum perficiente ad æter-
nam nominis sui glori-
am, Amen.

ri
nte

Handwritten text on the right edge of the page, likely bleed-through from the reverse side. The text is written in a medieval script and is partially obscured by the book's binding.





Vertical text on the right edge of the page, likely bleed-through from the reverse side. The characters are in a traditional East Asian script, possibly Chinese or Japanese, and are arranged in a single column.



EPISTO=

LA DOCTI ET PII

CVIVSDAM VIRI, QVA MA=

CVLAM SERVETICAE HAE=

RESIS ASPERSAM SIBI

A CALVINO AB=

STERGIT.

* *

*

Anno 1558.

Am

Reverende uir, obtrusus fuit
nobis his diebus Liber quidam
Iohannis Caluini, cui titulus
ultima admonitio ad te &c.
cui nisi obtemperes, habendus post
hac eris eo loco, quo præfracti hære-
tici haberi debent, quod iuxta prius
decretum à Caluino editum tantum
ualet, quod crudelissimis flammis e-
ris tradendus. Vult enim spiritu suo
crepans hic doctor, hæreticum solius
us hæresis causa esse occidendum.
Mirabor si mansuetus hic homo pro
sui spiritus benignitate non admo-
neat publico scripto magistratum
uestræ ciuitatis, ut te pro suo officio
illico occidat. Sed cum uirulentus
homo hætenus toties & ad nauseam
usq; in suis libris uociferatus sit,
sibi ualde dolere, imo impium & sa-
cilegum, non seruare pacem et con-
cordiam cum Sacramentarijs pro-
pter diuersam doctrinam de cœna
Domi

Domini, cum de modo obtinendæ
iustitiæ Christianæ conueniat, quæ
fronte nunc hanc sacramentariam
dissensionem tanti facit, ut qui di-
uersum dogma cōstanter tuentur,
ipsi habendi sint loco præfractio-
rum hæreticorum atq; adeo occi-
dendi pudeat eum uanitatis, si ali-
quis pudor leuissimo gallo sit reli-
quus. Sed quid pudoris, quis ima-
ginari queat huic homini reliquum
esse, perfricuit frontem, liber crassis-
simus et palpabilibus mendacijs est
refertus; nam ut mille alia contem-
nam, quis non uidet quam impu-
dentiore mentiatur, Lutherum &
suos in colloquio Marpurgensi pro
fratribus agnouisse zuinglianos,
Te cum tuis (quos ita uocat) cen-
soribus censere, sine manducatione
corporis Christi, quam propugna-
tis contra Sacramentarios nemi-
nem in cœlo uel in terra saluum esse
E 2 se posse

Te posse. Magdeburgenses per-
uerso Philippi odio submissè & sor-
didè tibi adulari, Neminem unquã
dixisse Sacramentarium, corpus
accipi pro figura corporis. Nemi-
ni eorum in mentem uenisse, ut scri-
berent, Christum quia carnem à no-
bis assumpsit, non dare nobis eden-
dam, Lutherum cum Magdebur-
gensi (ut uocat) factione mordicus
tenere, Sacramentum esse adoran-
dum, Vuestphali & similibus in-
tegritatem non dimidia ex parte
constare, qua suæ fidei sinceritas
(uix me contineo à risu) refulget,
Vuestphalum Bucerum mortuum
in Zuuinglianorum partes ablegas-
re, Vuestphalum seruiliter adulari
multis sodalibus, dum eorum suffra-
gia corrogat, eosq; impudentissimè
traxisse uel impulsisse ad maledicen-
dum (asserere enim ueram præsen-
tiam corporis & sanguinis Christi
in coe

in coena Dominica, & contrarium
dogma pertinaciter propugnantes
hæreticos uocare illi idem est, quod
maledicere). Singula uerba libri hu-
ius spirant singulare aliquod men-
dadium & uirus.

Magdeburgenses quorum feroci-
am in fidei Christianæ confessione
constantiam non solum aduersarij,
sed omnis ferè Christiani nominis
populus admiratur, & longè lateq;
prædicat suauis huic martyri, qui in
suo nido securus inexplebili menti-
endi & calumniandi libidine æstu-
at, sunt coaxatores, qui cumulum
fatuitatis suunt, proterui homines,
superbi censors, secure in suis ni-
dis garrientes, dura & præfracta
capita, calumniatores, noui docto-
res, petulantes, putidorum scom-
matum ructatores, putrescentes in
suo sterquilinio, probrosi mentito-
res, assueti ad effrenem lacerandæ

E 3 scripto



scripturæ licentiam, turpiter incur-
rij, mendacijs nullū statuentes mo-
dū, quibus solenne est scripturam
inconsiderate citando corrumpere,
deliratores Serueticī, fœde ignoran-
tes, superbo contemptu Christi gra-
tiam respuentes, pueriles lutores,
garruli, literales magistri, magica in-
cantatione captiuantes Christi cor-
pus cū pane, atroci contumelia De-
um afficientes, insipidi, intolerabia-
les blasphematores, veterani Theo-
logi, suo errore fascinati, non tenen-
tes quod pueris in Catechismo tra-
ditur, quos tenet palati gutturis &
uentris sollicitudo, obstupefaciētes
suos fatuos discipulos, contextores
argumentorū uel ex malicia uel ig-
norantia, blateratores uēditores fu-
morum, tropogolista, & Tenebris-
ta, improbi fictores, putidæ dicaci-
tatis, uirulentis mēdacijs referti nil
differentibus à canino latratu, bruti
hominis

hominēs qui nunquā gustarūt, quid
ualeat coena et quorsū spectet, qui-
bus nullus ē uerbis Christi fructus
prouenit nisi fiant Sacramētarij, ful-
minatores, et uani crepatores mali-
gni, crudeles calumniatores, qui spi-
ritualem uitā ferē pili non estimant,
qui Christum non credunt esse ue-
racē nisi sit præstigiator, quibus nō
est gutta ingenui pudoris, nullius iu-
dicij et rationis, fouentes profanam
ambitionem, stulti, importuni, præ-
posterī, mali Dialectici, pessimi
Theologi, uirulenti, loquaces, sua
scurrilitate ebrij, Sacrilegi obsequij
delatores, quorum maledicta scrip-
ta filij Dei imperio derogant, nuga-
toriae leuitatis, affirmantes, panem
esse adorandum, truculenti, uertigi-
nosi homines, insulsi, tempestuosi,
præfracti, contumeliosi, fratrum
contemptores, Diabolicæ maleuo-
lentia. Hæc in Magdeburgenses,

E 4 qui.

quibus ne meretrix quidem impu-
dentissima omnibus ad conuician-
dum neruis intensis atrociora adde-
re posset. Spiritus hic ita se prodit
suis notis, ut posthac non opus esse
uideatur, eundem manifestius alie-
na opera depingi. Sed non est, quod
quis tantopere lubricam et impudi-
cam huius hominis linguam admi-
retur, quam cū tanto foetore exerit
in tot tantæq; doctrinae & pietatis,
uiros cum suis calumnijs & cauillis
non aliter exagitet uerba sacrosana
c̄ta cœnae dominicae, & ea quæ Io-
an: 20. de clausis ianuis habentur,
quam si ea falso & suauis sommate
irridere uideri uelit. Textus Ioan:
20. habet. Cum ergo sero esset die il-
lo una Sabbatorum, & fores essent
clausæ ubi erant discipuli congrega-
ti propter metum Iudæorum, uenit
Iesus, & stetit in medio Discipulorū
&c. Et paulo post, Iterum erant Di-
scipuli

scipuli eius intus & Thomas cum
eis. Venit Iesus ianuis clausis, & ste-
tit in medio, hic prodit nobis cauilo-
lator & irrisos iste lepidus, num (in-
quiens) quia Christus diuina sua uir-
tute fores clausas, miraculo patefecit,
ideo sequitur, corpus eius esse
immensum? Sed quid sibi permittit
os impudentissimum, contra clara
uerba spiritus sancti? an non qui bis
asserit disertis uerbis Christum ia-
nuis clausis ingressum, stetit in me-
dio Discipulorum, negat eundem ia-
nuis quoquo modo apertis ingres-
sum in medio eorum stetit? quo-
modo per ianuas clausas suos acces-
sit discipulos, si cum introiret ianua
quoquo modo aperta fuerint. Si ia-
nuae pro ipsius ingressu aperta fue-
runt, falso testatur spiritus sanctus,
eum clausis ianuis ingressum fuisse.
Non credo, Calvinum tam insipidum
uideri uelle, ut qui ianuis clauere se

E 5 ratis

ratis introierit, iisdem clausis ingres-
sum esse censere possi. & quid nunc
refert an ianua diuina eius potentia
fuerint aperta, an clauis cum aper-
tas fuisse, asserat quas spiritus san-
ctus toties testatur fuisse clausas? V-
bi hic refulget sinceritas Caluini,
quam sibi cum tanto fastu petulanter
arrogat? Magnae sinceritas loco ha-
bet conuerrere unde quaque testimo-
nia scripturae, ut fucum faciat simplici-
oribus, literalem sensum uerborum
coenae Domini, non ideo admitti de-
bere, quod tam per se sint clara et per-
spicua uerba, et inter caetera huc lo-
cum Gal: 2. Quicumque in Christo bap-
tizati estis Christum induistis, exagi-
tat eadem suam spirituale inducens,
quasi indutio Christi, cuius hic fit
mentio, non ideo sit uera et realis, sed
significatiua & imaginaria, quod Chris-
to ut alicui thoraci aut alij uesti non
inferantur brachia et reliqua humani
COR.

corporis mēbra, ut à frigore aërisq;
iniuria defendātur, quin potius hæc
indutio Christi ideo uerè spiritualis
est, quod realis et uera cū sit, non au-
tē significatiua et imaginaria, ei hu-
mani corporis mēbra ut indutio nō
inferantur, ut māducatio corporis
Christi, quæ fit in cœna ideo uere
spiritualis est, quod (testante eo cu-
ius potentia est infinita, cuiusq; my-
steria rationi stulta et incredibilia
sunt) oralis, realis et uera cū sit, nō
sit cibus uentris, neq; carnali sensu
perceptibilis. Præterea rogat Cale-
uinus cur cū Christo nihil fateatur
esse impossibile, nos nō credamus
ipsū quāuis in cœlo sit posse tamē ad-
mirabili spiritus sui uirtute carnē su-
ā et sanguinē dare nobis in spirituale
alimētū? hæc (inquit) uere diuina est
ac incōprehēnsibilis potētia quantū-
uis lōge à nobis remotus sit uitā ex
carnis suæ et sanguinis substātia in
animas

ánimas nostras spirat, ut nulla loco-
rum distantia sacrã hanc capitis &
membrorum coniunctionem impe-
diat, hæc ille. Sed quis unquam ne-
gauit Christũ coelo à sua admirabili
potentiã ueram suam carnem et san-
guinẽ nobis dare posse propter lo-
corum distantiam, nisi Calvinus cũ
suis Sacramentarijs, qui pro sua spi-
ritualitate homines à pane Cœnæ
dominicæ quem corpus suum, & à
uino quod sanguinem suum Chris-
tus esse disertis uerbis testatur. Ipsi
autem negant, auocãt ad astra, ut u-
bi uagentur et imaginentur uanam
quandam & sacris literis incognitã
communione, quæ humanæ rationi
congruit, et ueram præsentiam cor-
poris et sanguinis Christi è Cœna
tollit.

Quod autẽ mea epistola quã con-
fessionem addere tibi uisum fuit illum
tam male habeat, mirum est, cũ eam
hominis

hominis esse Serueticum sibi persuasum
habeat, qui tam superbo Theologo
nulla confutationis molestia dignus
esse deberet: fateor quidem ex animo,
neque me neque meam epistolam hoc
honore dignam fuisse, ut cum tot do-
ctis et pijs uiris contra tam doctum
haereticum ea ederetur meae fidei con-
fessio, quod cum me in scio, et ne se-
mel quidem cogitante ita T. P. uisum
fuit, fieri equi bonique hoc factum con-
sulo, alias exoptaturus id non fuisse
factum. Quam ego non sum Serue-
ticus non solum T. P. sed & multis
bonis & pijs uiris notum est.


Vtinam Calvinus tam esset alienus
ab haeresi Sacramentaria, quam ego
sum a Serueticis, cuius scripta nunquam
uidi. Nihil habet epistola cuius me
poenitet, imo Calvinus ipse fatetur
eam nihil in se habere probri, quam
quod mihi sit incendiarius. Fatetur
ergo (id quod epistola magis habet)
sua

ua scripta contra te edita esse bla-
phema et scurrilia, falsam eius esse
cōtra te criminationem, sui spiritus
impuritatem satis esse proditam, se
esse authorem impiorum conuenti-
culorum et imaginum sediciose de-
molitionis, se docere blasphemias in
cœnam Domini & reliqua quæ ha-
bet epistola, has artes suos Discipulo-
los se authore profiteri et exercere:
Cum mendaciter uocet Magde-
burgenses Serueticos deliratores,
facile mihi est aspersum mendaciū
contemnere, et fruatur ipse interim
suis acutis diuinatoribus, quibus
me esse pedemontanum reuelatum
est, non inuideo grauissimis istis uir-
ris huiusmodi acutas reuelationes,
quas ex unico articulo pedemonta-
no, La, eliciunt. Sed gaudeo multū
quod nomen meū et locus meæ ha-
bitationis illis nondum sit reuelat-
us, nō dubium enim est, quin si hoc
reue

revelaretur me ut Discipulum Aug-
gustanæ confessionis seu Lutheros
papistam, hoc est, præfractū hæreti-
cum meo magistratui delatum iux-
ta decretum Caluini exuri procu-
rent. Hæc mi reuerende domine
liberius in tuum sinum effusa boni
cōsulas. Nimia enim indignitas ma-
ledicti libri hanc mihi loquacitatem
extorsit, qua meam fidem tibi ut
meo Pastori reuerendo etiamnum
testari uolo. Dominus tibi tuoq; mi-
nisterio adsit, isq; te suo spiritu susti-
neat, ut magno & infracto animo
falsas criminationes sectariorū con-
temnere queas. Vale in Domino,
& nos tuis precibus commendatos
habere digneris.

8. Decembris 1557.

T. P. obseruantiss: N. in la-
Babylonia.



CONFV=

TATIO ALIQVOT

ENORMIVM MEN

daciorum Ioannis Caluini, secua

turæ Apologiæ aduersus eius

furores præmissa à Ioachimo

Vuestphalo ministro Eca

clesiæ apud Ham

burgenses.

*

VRSELLIS

Excudebat Nicolaus

Henricus.

Anno 1558.

42